ipſemet S. Cyrillus in defenſione octavi anathematiſmi adductis S. Athanaſii teſtimoniïs naturam uſurpat pro Perſona.

Secundò. S. Cyrillus et cum eo Armeni unam dicunt naturam verbi; ut ſignificent Perſonæ in Chriſto unitatem, atque per hoc naturas poſt unitionem diviſas, ſive ſeparatim ſubſiſtentes negant contra Neſtorium: dum autem addunt incarnatam, ſignificant carnem unitam eſſe hypoſtaticè verbo, adeoque à verbo non quidem diviſam, ſed diſtinctam, ut hoc modo confodiant errorem Eutichis confuſionem naturarum aſſerentis.

Coroll. De caſu inſtrumentali quid ſentiendum ſit, et utrum etiam in hac materia locum habeat, alijs relinquo.

Dicunt ergo A. Armeni unam naturam verbi Incarnati ob indiviſibilem unionem duarum naturarum Dei, et Hominis in uno Chriſto, et damnant Neſtorium, qui in duas naturas diviſit Chriſtum, et alium dicit Deum, et alium Hominem.

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 1513, p. 62 – <i>Confessio fidei Armenicæ ecclesiæ</i> in Armenian and Latin (http://www.e-codices.ch/it/csg/1513/62)